titudinem hoīs operatōem eē. Unde ⁊ philoſophꝰ
in.i.ethi. dicit felicitatem eſſe operatōem ſm̄ per
fectam virtutem. Cum autem ſit duplex actio ſe
cundum philoſophum. Unaqueqʒ procedit ab
operante in materiam exterioꝛem: ſicut nere: ſe-
care ⁊ huiuſmodi. Et talis actus non poteſt eſſe
beatitudo hominis: quia talis operatio non eſt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝑfectio agentis ſed magis patientis. Alia eſt actio
manens in ipſo agente ſicut ſentire velle: ⁊ intel
ligere: ⁊ talis actio eſt perfectio agentis: ⁊ pōt eſſe
beatitudo. Iſta aũt operatio que dr̃ beatitudo:
alio mō ē in deo: alio mō in angelis bonis ⁊ ſanc
tis: alio mō in viatoribus. Nā in deo in quo eſt
beatitudo per eſſentiam: operatio eius eſt eē ipſi
us. In angelis ⁊ beatis in vita eterna: eſt vltima
perfectio ſm̃ aliquam operationē qua iunguntͬ
bono increato. Et hec eſt in eis operatio vnica ⁊
ſempiterna. In viatoribus aũt ſm̃ ſtatum vite ꝑ
ſentis: eſt vltima ꝑfectio ſm̃ quam homo ↄiugi
tur deo. Sed hec operatio non pōt eē continua
⁊ vnica. Nec obſtat ꝓdictis ꝙ beatitudo dr̃ vita
eterna. Ioh. xvij. Hec ē vita eterna vt cognoſcāt
te ſolum ⁊c̃. Et vita non eſt operatio: ſed ſꝫ phm̃
viuere viuentibus eſt eſſe. ¶ Nam ſm̃ Tho. vi
ta dr̃ dupliciter. Uno mō ipm̃ eſſe viuentꝭ. Et ſic
beatitudo non eſt vita niſi in deo cuius eē eſt ſua
ēt operatio. Alio mō dr̃ vita operatio viuentis:
ſm̃ quam principium vite exijt in actum. Et ſic
noīamus vitam actiuam ⁊ contemplatiuam. Et
hoc modo beatitudo perfecta dr̃ vita eterna. ꝙ
autem boetius dicit beatitudinem ſtatum oīum
bonorum: intelligitur per hoc ꝙ beatus eſt i ſta
tu omnis boni perfecti. i. firmitate ⁊ dignitate: nͦ
ꝙ non ſit in actu. .§. I.

## Quod operatio que ē

beatitudo eſt operatio intellectus: probatur ſic:
Beatitudo cũ ſit perfectũ bonum: oportet ꝙ ſit
optima perfectio vel perfectōis opatio. Optima
operatio eſt optime potentie ergo optimum obie
ctum, eſt deus. Potentie aũt principaliores aīe
ſũt intellectus ⁊ volũtas. Sꝫ beatitudo non pōt
eſſe eēntialiter actus voluntatis: vñ reſtat ꝙ ſit
actus intellecti. Et ꝙ nō pōt eē actio volũtatis:
ꝙ̃tum ad id qđ eſt eſſentialiter ipa beatitudo: ſic
ꝓbat. b. Tho. pͣ 2ͤ. q. iij. Maīfeſtum eſt ex premiſ
ſis ꝙ beatitudo eſt conſecutio vltimi finis. cōſe
cutio aũt finis non conſiſtit in ipſo actu volunta
tis. Uoluntas eniꝫ fertur in finem ⁊ abſẽtem cum
ipm̃ deſiderat: ⁊ pñtem, cum in ipſo requieſcens
delectatur. Manifeſtum eſt aũt ꝙ ipſum deſide
rium finis non eſt conſecutio finis: ſꝫ motus ad
finem: delectatio aũt aduenit voluntati: ex hoc ꝙ
finis fit ei pñs. Non aũt econuerſo aliquid fit ꝑ
ſens: qꝛ voluntas delectatur in ipſo. ¶ Oportet
ergo aliquid aliud eſſe ꝙ̃ actum voluntatis per
quod fit preſens ipſe finis voluntati. Et hoc maī
feſte apparet circa fines ſenſibiles. Si. n. conſeq
pecuniam eſſet per actum voluntatis: ſtatiꝫ a ꝓn
cipio cupidus conſecutꝰ eſſet pecuniam qñ vult
eam habere. Sed a ꝓncipio quideꝫ eſt abſens ei
Conſequitur aũt ipſam per hoc ꝙ manu eā apꝑ
hendit: vel aliquid hmͦ: ⁊ tunc iam delectatͬ in pe
cunia habita. Sic igitur circa intelligibilem finē
contingit. naꝫ a ꝓncipio volumus conſequi finē
intelligibilem. Conſequimur aũt ipſum per hoc
ꝙ fit preſens nobis ꝑ actum intellectus. Et tunc
voluntas delectata quieſcit in fine iam adepto.
Sic ergo eſſentia beatitudinis in actu itellectus
conſiſtit. Sed ad voluntatem pertinet delectatō
conſequens beatitudinem: ſm̃ ꝙ dicit Aug. i. x.
confeſſio. ꝙ beatitudo eſt gaudium de veritate:
qꝛ. ſ. ipm̃ gaudium eſt conſumatio beatitudinis.
Patet ēt hoc. ſ. ꝙ beatitudo conſiſtat in actu itel
lectus. Ex hoc dr̃ qđ Ioh. xvij. Hec ē autē vita
eterna: vt cognoſcant te ſolum verum deum ⁊c̃.
Cognitio aũt partium ad intellectum non volun
tatem. Non ē ↄtra predicta qđ Aug. dicit. xix. đ
ciu. dei. beatitudinem conſiſtere in pace. Nā pax
ꝑtinet ad vltimum finē hoīs ⁊ per ↄñs beatitudi
nem: non ꝙ eēntialiter pax ſit ipſa beatitudo: ſed
qꝛ añcedenter ⁊ conſequenter ſe hꝫ ad eā. Ante
cedenter quidē in quantum iam ſũt remota oīa
ꝑturbantia ⁊ impedientia ab vltimo fine. Conſe
quenter aũt in quantum homo adepto vltimo fi
ne remanet paccatus ſuo deſiderio getatus. Itē
ſi obijciatur Beatitudo eſt ſummum bonũ. Sꝫ
bonum eſt obiectum voluntatis: ergo beatitudo
conſiſtit in actu voluntatis. Rñdit. b. Tho. ꝙ pri
mum obiectum voluntatis non eſt actus eiꝰ ſed
aliqđ aliud bonum: ſicut nec ꝓmum obiectuꝫ vi
ſus eſt viſio ſed viſibile: vnde ex hoc ipſo ꝙ bea
titudo ꝑtinet ad voluntatem tanꝙ̃ ad ꝓmum ob
iectum eius: ſequitur ꝙ non ꝑtineat ad ipſam ta
ꝙ̃ actus eiꝰ. ¶ Item ſi obijciatur ſic. Si beatitu
do eſt operatio: vt dictum eſt: ergo ē nobiliſſima
operatio. Sed nobilior operatio ē dilectio dei: ꝙ
ꝑtinet ad voluntatem ꝙ̃ cognitio que pertīet ad
intellectum: ergo ⁊c̃. Reſpondet. b. Tho. ꝙ dilec
tio preeminet cognitioni in mouendo. Sꝫ cogni
tio por eſt dilectione. ſ. attingendo. Non. n. dilig
tur niſi cognitũ: ⁊ ideo intelligibilē finē primo at
tingimus per actionē intellectus: ſicut ⁊ ſēſibilē
finē primo attingimus per actionē ſēſus. ¶ Itē
quāuis finē prius apꝑhēdat intellectus ꝙ̃ volũ
lũtas: tñ qꝛ motus ad fineꝫ incipit a volũtate: iō
volũtati debetur id qđ vltimo cōſequitur aſſe
cutionē finis: ſcilicet delectatio: ſeu fruitio. Iteꝫ
ex hoc qđ Auguſtinus dicit: ꝙ beatus ē qui ha
bet quicqd vult: non tñ, niſi per actũ voluntatis
eſt ꝙ habeat: eſt quicquid vult: et ideo pertinet
ad volũtatem. .§. II.

## Quod iſta operatio in

tellectus in qua eēntialiter cōſiſtit beatitudo ꝑ
fecta: eſt viſio diuine eſſentie: ⁊ non pōt eſſe alia
opatio qđ ꝓbat beatus Tho. prima ſcđe queſtio
ne. iij. ſic. Homo nō poteſt eē ꝑfecte beatus quo
uſqꝫ reſtat ſibi aliquid deſiderādũ ⁊ querendũ:
qꝛ beatitudo eſt quietatiua. Sed qui non videt
diuinā eſſentiā reſtat ei aliquid deſiderādum et
querēdũ. Nam cũ deus ſit cauſa prima oīm re
rum: et oīa ſint quidā effectus dei. Cũ intellectꝰ

cognoſcit eẽntiam alicu⁹ effec⁹: niſi cognoſcat
ẽt cãz illius effec⁹. non ſolũ an ſit ſʒ ẽt qd ſit ſeu
eẽntiam ei⁹: remanet hoĩ naturaliter deſideriuʒ
cum cognoſcit effectũ: ꝛ ſic hr̃e cãm cognoſcẽdi
ẽt de cã quid ſit: ꝛ illud deſiderium eſt admirati
onis ꝛ cãt inq̃ſitõem: puta ſi quis cognoſcat ecly
pſum ſolis: conſiderat ꝙ ex aliq̃ cã procedit de q̃
qꝛ neſcit quid ſit: admiratur ꝛ admirando inqui
rit: nec iſta inq̃ſitio quieſcit quouſqꝫ ꝑueniat ad
cognoſcendũ eẽntiaʒ cãe. Sic cognoſcens intel
lec⁹ eẽntiam alicuius effec⁹ niſi cognoſcat ꝛ de
deo qui eſt cã eius quid ſit: remanet inq̃e⁹ ꝛ per
ↄ̃ñs non põt eẽ perfecte beatus. Cognoſcere au
tẽ non põt perfecte cãm ꝓmam: niſi ipam eẽntiaʒ
eius videndo. Uniuſcuiuſqꝫ. n. perfectio potẽtie
attenditur ſm rõem ſui obiecti. Obiectum autẽ
intellec⁹ eſt quicq̃d eſt in eẽntia rei vt dr̃ in. iij.
de aĩa. Unde in tñ ꝓcedit perfectio intellec⁹ in
q̃tum cognoſcit eẽntiam alicui⁹ rei. Oportet er-
go cognoſcere ſeu videre eẽntiam dei qui vult ꝑ
fecte cognoſcere. Et iõ etiam dr̃. i. Jo. iij. Cum ap
paruerit ſimiles ei erimus: qꝛ videbimus eũ ſe
cuti eſt. i. eẽntiam eius. Et in hoc conſiſtit beati-
tudo perfecta. ꝛ iſta viſio dr̃ dos aĩe. .§. III.

## Quod delectatio requirĩ ad beati-

tudinem ſicut concomitans ipſam. Pro cui⁹ de-
claratione dicit. b. Tho. pᵃ. 2ᵉ. q. iiij. ꝙ quadrupli
citer aliquid requirĩ ad aliud. Uno mõ ſicut ꝓ
ambulum vel ꝓparatoriuʒ ad ipm: ſicut diſcipli
na requirĩ ad ſciam. Secundo modo ſicut per
ficiens aliquid: ſicut aĩa requiritur ad vitaʒ cor
poris. Tertio modo ſicut coadiuuans extrinſe
cum: ſicut requiruntur amici ad aliquid agẽdũ
¶ Quarto modo ſicut aliquid concomitans: ſicẽ
ſi dicamus ꝙ caloꝛ requiritur ad ignẽ ꝛ hoc vlti
mo mõ delectatio requiritur ad beatitudinem.
Cãtur. n. ex hoc ꝙ appetitus requieſcit in bono
adepto. Unde cũ beatitudo nil aliud ſit q̃ʒ adep
tio ſummi boni non põt eſſe ſine delectatione cõ
comitante: ſicut nec ignis ſiñ caloꝛe. Et qđ Aug.
dicit ꝙ viſio eſt tota merces fidei: verũ eſt quan
tum ad eſſentiam beatitudinis. Unde per hoc ñ
excluditur delectatio: ſed oñditur ꝙ ipſa non ꝑ
tinet ad eẽntiam beatitudinis: ſed eſt vt accidẽs
ꝓpꝛium: vt riſibile conſequĩ rõnale. In ipſa eti
am redditione mercedis delectatio includitur.
Nã cũ alicui merces reddĩ volũtas merentꝭ re
quieſcit: quod eſt delectari. ¶ Item non eſt con
tra pꝛedicta quod phũs ait in. vi. ethi. ꝙ delecta
tio impedit actionem intellectus: qꝛ coꝛrumpit
eſtimatõem prudentie. Non. n. loquĩ ibi phũs
de delectatione concomitante intellectum: hec
enim non impedit operatõem intellec⁹: ſed ma
gis ↄ̃fortat ipſam vt dr̃ in. x. ethi. Ea. n. que dele-
ctabiliter facimus: attentius ꝛ pſeuerantius faci
mus. Sed loquĩ de delectatõe extranea: hec im
pedit operatõem intellectus: q̃ñqꝫ quidem ex in
tentionis diſtractione: qꝛ dum vni vehementer
intendimus: neceſſe eſt ꝙ ab alio diſtrahamur:
q̃ñqꝫ ex contrarietate ſicut delectatio ſenſus con
traria rõni impedit eſtimatõem prudentie: mag⁹
q̃ʒ operatõem ſpeculatiui intellectus. ¶ Eſt ſcien
dum ꝙ in beatitudine viſio eſt quid pꝛincipali⁹
ꝛ potius q̃ʒ delectatio: huius rõ eſt ſʒ. b. Tho. vbi
ſupꝛa: qꝛ delectatio conſiſtit in quadam quietati
one voluntatis. Qꝛ autem voluntas in aliq̃ qui
etetur non eſt niſi ꝓpter bonitatem eius in quo
quietatur. Si ergo voluntas quietatĩ in aliqua
operatione: ex bonitate opationis procedit quie
tatio voluntatis: nec voluntas querit bonuʒ ꝓp
ter quietatõem. Sic. n. ipſe actus voluntatis eẽt
finis quod eſt contra ꝓmiſſa. Sed iõ querit ꝙ q
etetur in operatione qꝛ operatio eſt bonum ei⁹.
Unde manifeſtum eſt ꝙ pꝛincipalius bonum eſt
ipſa operatio: in qua quietatur voluntas q̃ʒ q̃eta
tio voluntatis in ipſo. Patet etiam idẽ ex hoc qꝛ
cã eſt potioꝛ effectu ſed viſio eſt cã delectationis
Qđ autem dicit phũs. x. ethico. ꝙ delectatio ẽ ꝑ
fectio operationis: non ſic eſt intelligendum q̃ſi
delectatio ipſa operatõem perfectam ĩ ſpecie ſua
ſed eſt perfectio concomitans operationeʒ: ſicut
decoꝛ dr̃ perficere iuuentutem nõ ꝙ faciat. Sic
ꝛ delectatio non facit viſionem dei perfectam in
ſpecie ſua: ſed conſequitur eam. Item notanda ẽ
dr̃ia inter appetitum ſenſitiuum ꝛ intellectiuum
circa delectationem. Nam appꝛehenſio ſenſitiua
quam ſequĩ appetitus ſenſitiu⁹: non attingit ad
cõem rõem boni: ſed ad aliquod ꝑticulare qđ ẽ
delectabile: ꝛ iõ ſm appetitum ſenſitiuum qui ẽ
in aĩalibus: operationes queruntur ꝓpter dele
ctationem. Et natura in operationibus neceſſari
is ad conſeruatõem indiuidui ꝛ ſpeciei delectati
ones appoſuit: vt hi⁹ operationes ab animalib⁹
non negligantĩ. Sed intellectus appꝛehendit vni-
uerſalem rõnem boni: ad cuius conſecutõem ſe
quitur delectatio. Unde pꝛincipalius intẽdit bo
num q̃ʒ delectatõem. Non eſt autem aliquid eſti
mandum ſimpliciter ſm oꝛdinem ſenſitiui appe
titus ſed magis ſm oꝛdinem intellectiui appetit⁹
Item nõ obſtat ꝙ delectatio ſeu fruitio ſuccedit
charitati ꝛ viſio fidei: ſed maioꝛ eſt charitas fide:
ergo potioꝛ videtur delectatio. Naʒ charitas cũ
non querat bonum dilectum ꝓpter delectatõeʒ
ſm hoc eſt ei conueniens vt delectetur in bono
adepto quod amat: ideo delectatio nõ rñdet cha
ritati vt finis. Tunc. n. procederet rõ ſed mag⁹ vi
ſio rñderet charitati ꝑ quam viſionem finis fit ei
ꝓſens. .§. IIII.

## Quod ad beatitudinem

perfectam requirtur ẽt compꝛehenſio. Qđ ſic pro
bat. b. Tho. vbi ſupꝛa. Cum beatitudo conſiſtat ĩ
conſecutione vltimi finis: ea q̃ requirũtur ad be
atitudinem: ſunt conſideranda ex ipo oꝛdine ad
finem. Ad finem aũt intelligibileʒ oꝛdinatur hõ



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

partim per intellectū ꝑtim per voluntateꝫ. Per
intellectum quidem inquantum in intellectu ꝑexi
ſtit aliqua cognitio finis imꝑfecta. Per volunta
tem aūt. Primo quidē per amorē qui eſt motus
voluntatis in aliquid. Secundo per realē habi
tudinem amantis ad amatū. Que quidem pōt eſſe
tripliciter. Quādoqꝫ.n. amatum eſt pn̄s amanti: ⁊ tūc
tā non ꝗrit̄. Quādoqꝫ non eſt pn̄s ſꝫ non ē poſſibile
ipſꝫ adipiſci ⁊ tunc ēt non ꝗritur. Quādoqꝫ aūt ē poſ
ſibile ipm̄ adipiſci: ſed ē eleuatū ſupra facultatē
adipiſcentis: ita vt ſtatim hr̄i non poſſit: ⁊ hec eſt
habitudo ſperantis ad ſperatū: q̄ ſola hītudo fac̄
finis inquiſitōem. Et his tribus rn̄det aliqua in
ſupna beatitudine. Nam perfecta cognitio finis
rn̄det imperfecte: pn̄tia ipſius finis rn̄det ſpei ha
bitudini. Sed delectatio in fine iam pn̄ti ꝯſequi
tur delectatōem. Et iō neceſſe ē ad beatitudiem
iſta tria concurrere. ſ. viſionē q̄ eſt cognitio per
fecta intelligibilis finis: ꝯphenſionē q̄ impor
tat pn̄tiam finis: delectatōem ſeu fruitōem q̄ im
portat ꝗetatōem rei amantis in amato. Et de cō
phenſione dicit apl̄s. i. ad Cor. ix. Sic currite vt
cōphendatis. Spūalis aūt curſus terminat̄ ad
beatitudinē. Cōphenſio tn̄ ſm̄ b. Tho. dr̄ dupli
citer. Uno mō incluſo ꝯphenſi in cōphenden
te. Et ſic oē qd̄ ꝯphendit̄ a finito eſt finitum.
Unde hoc mō de⁹ nō pōt ꝯphendi ab aliquo
intellectu creato. Alio mō ꝯphenſio nil aliud
noīat niſi tentatōem alicui⁹ rei: q̄ iam principalr̄
hētur: ſicut aliqs dn̄s aliquem: dr̄. n. eum ꝯp
hendere qn̄ tꝫ eum. Et ſic beati ꝯphendūt. Ip
ſa aūt ꝯphenſio non ē alia aliqua opatio ꝑter
viſionem. Sꝫ ē ꝗdam hītudo ad finem iā hītum
Unde ipſa viſio: vel res viſa ſm̄ ꝙ principalr̄ ad
eſt. Eſt obiectum cōprehenſionis. Et ſicut ad vo
luntatem ꝑtinet ſpes ⁊ amor: q2 eiuſdem eſt ama
re aliqd ⁊ tendere in illud: ita ad voluntatem ꝑti
net ⁊ ꝯphenſio ⁊ delectatio: q2 eiuſdem ē hr̄e
aliquid ⁊ quieſcere in illo. Sciendū ēt ꝙ recti
tudo voluntatis requirit̄ ad beatitudinem ante
cedenter ⁊ ꝯn̄ter. Antecedēter: q2 ſicut materia
non ꝯſequit̄ formam niſi ſit debito mō diſpoſita
ad formam: ita nihil pōt ꝯſequi finem niſi ſit d
bito mō ordinatum ad ipſum. Un̄ nullus pōt ad
beatitudinem peruenire niſi hēat rectitudinem
volūtatis q̄ rectitudo exiſtat per debituꝫ ordinē
ad vltimum fineꝫ. Conſequenter aūt requiritur
q2 ſicut dictū eſt beatitudo vltima conſiſtit in vi
ſione diuine eēntie q̄ eſt ipſa eſſentia bonitatis.
Et ita voluntas videntis dei eſſentiam ex neceſ
ſitate amat deū. Sicut voluntas non videntis d
um ex neceſſitate amat quicqd amat ſub cōi rō
ne boni quam nouit. Et hoc ipum eſt quod facit
voluntatem rectā. Un̄ non eēt beatitudo ſine re
cta volūtate. ·§·V·

# Ad beatitudinem per

fectā hoīs non reqrit̄ corp⁹ eius ad eē: ſed ad bn̄
eē ⁊ corpus ꝑfecte diſpoſitum. Pro cui⁹ declara
tione dicit. b. Tho. pᵃ. 2ᵉ. q. iiij. ꝙ aliqui poſuerūt
ꝙ beatitudo perfecta q̄ conſiſtit in dei viſione: n̄
pōt aīe aduenire ſine corpore exiſtenti: dicentes:
ꝙ aīe ſanctoꝝ a corporib⁹ ſepate ad illam beati
tudinem non perueniunt vſqꝫ ad dieꝫ iudicij qn̄
reaſſument corpora. Qd̄ apparet eē falſum ⁊ au
ctoritate ⁊ rōne. Auctoritate quidem: q2 dic̄ apo
ſtolus. ij. ad Cori. v. Quādiu ſum⁹ in corpore pe
grinamur a dn̄o. Et que ſit rō peregrinatiōis oſ
tendit dicens. Per fidem. n. ambulamus non ꝑ
ſpem. Ex quo apparet ꝙ q̄ādiu quis ambulat ꝑ
fidem non per ſpēm carens viſione diuie eēntie
nondum eſt deo pn̄s. Anime auteꝫ ſanctorum a
corporibus ſepate ſunt deo pn̄tes: Audemus au
tem ⁊ bonā voluntatē hēmus peregrinari a cor
pore ⁊ pn̄tes eſſe ad dominum. Unde manifeſtū
eſt ꝙ anime ſanctoꝝ a corporibus ſeparate: am
bulant per ſpem videntes dei eēntiam in quo ē
beatitudo vera. Apparet ⁊ hoc rōne. Nam intel
lectus ad ſui opationem non indiget corpore ni
ſi propter fantaſmata in qbus intelligibilem ve
ritatem intuetur. Manifeſtum eſt auteꝫ ꝙ diui
na eēntia ꝑ fantaſmata videri nō pōt: ex eo vide
licꝫ q2 materialia ſunt: deus autē pure immate
rialis. Unde cum in viſione diuine eſſentie con
ſtat perfecta hominis beatitudo: non dependet
a corpore ipſa beatitudo hominis: ⁊ per conſe
quēs ſine corpore poteſt eē anima beata. Ad qd̄
etiam facit quod dr̄ Apoc. xiiij. Beati mortui q
in dn̄o moriuntur. Sciendum tamen ꝙ ad ꝑ
fectōem alicuius rei: dupliciter aliquid pertinet
Uno⁹ ad conſtituendam eſſētiaꝫ rei: ſicut anima
requiritur ad perfectōem corporis. Alio modo
requirit̄ ad perfectionem rei: qd̄ pertinet ad bn̄
eſſe eius ſicut pulchritudo corporis. Uel veloci
tas ingenij pertiet ad perfectōem hominis. Quā
uis ergo corpus p̄mo modo ad perfectionem be
atitudinis hominis non pertineat: pertiet tamē
ſecundo modo. Cum eīm operatio dependat ex
natura rei: quanto anima perfectior erit ī ſua na
tura: perfectius habebit ſuam propriam operati
onem in qua felicitas conſiſtit. Unde Aug. ſuper
Gen̄. xij. dicit: ꝙ non ſic pn̄t videre aīe ſanctoruꝫ
ſeparate a corporibus incommutabilem ſubſtā
tiaꝫ vt ſancti angeli vident ſine alia latentiori cā.
Siue q2 ineſt eis quidam naturalis appetit⁹ cor
pus adminiſtrandi. Quod tn̄ dicit hic Augu. ꝙ
anime ſeparate non vident deum ſicut angeli: nō
eſt intelligendum ſcd̄m inequalitatem quan
titatis: q2 etiam modo alique anime ſunt aſſum
pte ad ſuperiores ordines angeloruꝫ: clarius vi
dentes deum q̄ꝫ inferiores angeli. Sed ſecundū
inequalitatem proportionis. Quia omnes ange
li etiam infimi habent omnem perfectōem quā
ſunt habituri: non autem anime ſeparate ſancto
rum. Item quamuis impedimentum operatōis
quod eſt per modum contrarietatis: vt frigus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

impedit obiectum caloꝛis:repugnet felicitati:nō
tñ repugnat ei impedimentum qđ eſt per moduȝ
cuiuſdam defectus:cum.ſ.res impedita non hȝ
oē quod requiritur ad omnimodam ſui perfec
tionem:ſed repugnat tale impedimentum opera
tionis oīmode eius perfectioni. Et ſic ſepatio a
coꝛpoꝛe dicitur animam retrahere a fine: ne to/
ta tendat in viſionem diuine eſſentie. Appetit.n.
aīa ſic frui deo.ꝙ etiam ipſa fruitio deriuet̄ ad
coꝛpus per redundantiam:ſicut eſt poſſibile. Et
iō q̄diu ipſa fruitur deo ſine coꝛpoꝛe: appetitus
eius quieſcit in eo:ꝙ tñ adhuc ad participatiōeȝ
eius vellet coꝛpus ꝑtingere. Unde coꝛpoꝛe reſſū
pto creſcit beatitudo extenſiue non intenſiue.

¶ Ad beatitudinem aūt imperfectaȝ q̄ habetur
in via:vtiqȝ requiritur coꝛpus de neceſſitate: qꝛ
hꝰ beatitudo eſt in operatione intellectus practi
ci vel ſpeculatiui. Sed operatio itellectus ī hac
vita non poteſt eē ſine fantaſmate que eſt in oꝛga
no coꝛpoꝛali. Requirit̄ quoqȝ ad beatitudineȝ
perfectam omnino perfecta diſpoſitio coꝛpoꝛis
antecedenter ꝛ ꝯſequenter. ¶ Antecedenter qdē
qꝛ ſm Aug. Si tale ſit coꝛpus cuius ſit difficilis
ꝛ grauis miſtratō:ſicut caro q̄ coꝛrūpitur aggra
nat aīam : auertit̄ mens ab illa viſione ſūmi celi
Conſequenter vero qꝛ ex beatitudine aīe fiet re
dundantia ad coꝛpꝰ: vt ꝛ ipm ſua perfectione po
tiatur.b.Tho.vbi ſupra. .§.VI.

# Quod ad beatitudinē

pfectam nō requirunt̄ bona exterioꝛa nec amici
Nō primi ē:qꝛ hominis bona exterioꝛa: vel re/
quiruntur ad ſuſtentationem aīalis coꝛpoꝛis:vl'
requiruntur ad operationes quas per aīale coꝛ
pus exercemus:que humane vite conueniunt.
Illa aūt beatitudo perfecta:vel erit in aīa coꝛpo
ri vnita iam non animali ſed ſpirituali. Et iō nul
lo modo iſta exterioꝛa bona requiruntur ad illā
beitudinem:cum oꝛdinent̄ ad vitaȝ aīalem. Sȝ
ad beatitudinē imperfectaȝ que hētur in via:re
quiruntur iſta bona:non q̄ſi de eēntia beatitudi
nis:ſed quaſi inſtr̄aliter deſeruientia ipſi beati/
tudini:que conſiſtit in operatione virtutis ſm vi
tam actiuam vel contemplatiuam. ¶ Qz autem ī
ſcripturis ſanctis promittatur ꝓ premio regnū:
vt Math.xxv. Uēite bn̄dicti pr̄is mei ꝛc̄. vl' eſus
ꝛ potus vt Lu.xxij. vt edatis ꝛ bibatis ſup men/
ſam meam in regno meo:hꝰ locutiones ſm bea.
Tho.ſunt methaphoꝛice intelligende:qꝛ ſolent ī
ſcripturis ſpūalia per coꝛpoꝛalia deſignari:vt ex
his que nouimus ad deſiderandū incognita re
ſurgamꝰ. Et ſic per cibū intelligit̄ delectatio: per
diuitias ſufficientia qua hoī ſufficiet deus : ꝑre/
gnum exaltatio hominis vſqȝ ad coniunctioneȝ
cum deo. Qz aūt merces ſanctis ꝓmittitur ī ce/
lis Mat.v. Per celos ſm Aug.itelligit̄ altitudo
ſpūalium bonoꝛuȝ. Nihilominus tñ locꝰ coꝛpo
reus aderit non propter neceſſitatem ad beatitu

dinem:ſed propter quandam congruentiaȝ ꝛ de
coꝛem. Quod vero Boetius dicit ꝙ beatitudo ē
ſtatus omnium bonoꝛum ꝛc̄. ¶ Intelligitur de
illis bonis que conueniunt vite ſpirituali ī qua
conſiſtit perfecta beatitudo. Iſta vero bona deſ
uiunt vite animali:ideo illi beatitudini non com
petunt. Tñ quicquid boni inuenitur in iſtis totū
hēbitur in ſummo fonte bonoꝛum. Et ſic eſt ibi
congregatio omnium bonoꝝ. ¶ De amicis autē
ſi ſunt neceſſarij ad beatitudinem dicit.b.Tho.
vbi ſupra:ꝙ ad beatitudinem patrie: non requi
ritur ſocietas amicoꝛum de neceſſitate ſed de be
ne eſſe. Et ratio eſt:qꝛ homo habet totam pleni/
tudinem ſue perfectionis in deo. Quamuis eīm
charitas que eſt in patria non deficiat ſed perfici
atur ſe extendat ad deū ꝛ ꝓximum:tñ perfectio
charitatis eſt eēntialis beatitudini q̄tum ad di/
lectionem dei. Unū ſi non eēt niſi vna aīa fruens
deo:beata eēt nō hn̄s ꝓximum quē diligerȝ. Sȝ
ſuppoſitum ꝓximo ſequit̄ dilectio eius ex dilec
tione dei. Et qđ Boe.dicit ꝙ nullius boni ſin̄ cō
ſoꝛtio eſt. Iucunda poſſeſſio intelligit̄ qñ in illo
bono quod hētur non eſt plena ſufficientia. Sȝ
in deo hētur oīs ſufficientia. Sed ad felicitatem
ſeu beatitudinē impfectā vie vt dicit phūs in.ix.
ethico.felix indiget amicis:non ꝓpter vtilitatem
cū ſit ſibi ſufficiens:nec propter delectatiōem cū
hēat in ſe pfectam delectatōem in opatione v̄tu
tis. Sȝ propter bonā operatōem vt.ſ.eis bn̄ faci
at:ꝛ vt eos inſpiciens bene facere delectet̄. Et vt
eis benefaciendo adiuuet̄. Indiget enim homo
auxilio amicoꝝ in operibꝰ vite actiue ꝛ contem/
platiue. .§.VII.

# Quod hō poteſt adipi

ſci iſtam pfectam beatitudinē: Et hoc non ꝑ ſua
naturalia nec per opatōem angeloꝝ:ſed per opa
meritoꝛia:q̄ hn̄t virtutem ꝑncipalr̄ ex gr̄a dei.
Primum ſic declarat.b.Tho.pª ſcđe.q.v. Bea/
titudo noīat adeptiōeȝ perfecti boni. Quicūqȝ er
go eſt capax pfecti boni pōt ad beatitudinē ꝑueni
re. Qz aūt hō ſit capax pfecti boni: ex hoc appet
ꝙ eius intellectꝰ apphendere pōt vniuerſale ꝛ ꝑ
fectum bonū ꝛ voluntas eiꝰ appetere pōt illud.
ergo pōt hō adipiſci beatitudiē. Quāuis eni nūc
in via ſit hoī ꝯnaturale: vt v̄itatem intueat̄ in re
bꝰ materialibꝰ:vn̄ ſpes intelligibiles in fantaſma
tibꝰ intelligit:nec ſine fantaſmate pōt intelligere.
In patria hēbit aliuȝ modū intelligendi conna/
turalē. Ecōm.i.ꝙ non poſſit hō beatitudinē adi
piſci ꝑ ſua naturalia:ꝓbat ſic.b.Tho.q.ea. Beati
tudo hoīs pfecta conſiſtit in viſione diuine eſſen
tie:videre aūt deū per eēntiam ē ſupra naturaȝ
non ſolū hoīs ſed oīs creature:vt in pte ꝑma oñ
ditur. Naturalis.n.cognitio vnīuſcuiuſqȝ: eſt ſȝ
modū ſubſtātie ſue ſicut de intelligentia dr̄: vni/
uſcuiuſqȝ qꝛ eſt ſm modum ſue ſubſtātie. Sicut
de itelligentia dr̄ in libro.đ cāis. Qz cognoſcit ca



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

q̃ ſunt ſupra ſe:ꝛ ea q̃ ſunt in ſe ſm̄ moduꝫ ſubſtã
tie ſue. Vis aũt cognitio q̃ eſt ſm̄ modũ ſubſtãtie
create:deficit a viſione eẽntie q̃ i infinitũ excedit
oẽm ſubſtantiã creataꝫ. Vñ nec hõ nec aliq̃ crea
tura põt ↄſequi vltimã beatitudinẽ per ſua natu
ralia. Ad qđ facit qđ ait apl'ꝰ.i.ad Cori.ij. Ocul⁹
non vidit nec auris audiuit ꝛ in coꝛ hoĩs nõ aſcẽ
dit q̃ ꝑparauit deus diligentibus ſe ꝛc̃. Sed nec
etiã virtute angeli vel cuiuſcũq; alteri⁹ creature
põt eam adipiſci. Huius rõ eſt ſm̄.b.Tho.vbi ſu
pꝛa:qꝛ cum oĩs creatura ſit nature legibus ſub
iecta:vtpote habens limitatam virtutem ꝛ actio
nem. Illud qđ excedit naturam creatã:non põt
fieri auctoꝛitate ſeu virtute alicuius creature. Et
iõ ſi quid fieri opoꝛteat qđ ſit ſupra naturaꝫ:hoc
fit ĩmediate a deo:ſicut ſuſcitatio moꝛtui:illumĩa
tio ceci ꝛ hĩ⁹. Cum ergo beatitudo ſit qđdam bo
num excedens naturã creatam:ĩpoſſibile eſt ꝙ
per actõem alicuius creature ↄferat̃. Sed beat⁹
fit homo ſolo deo agente. Iuxta illud ps.lxxxiij.
Grãm ꝛ gloꝛiam dabit dñs. Qꝫ aũt angelus illu
minet intellectum angeli inferioꝛis vel hoĩs:
hoc eſt quo ad aliquas rões diuinoꝛum opeꝝ:
Non q̃tum ad viſionem diuine eẽntie. Nã ad
hanc oẽs a deo illuminantur. Ultimuꝫ videlicet
ꝙ requirant̃ bona opera ad beatitudinẽ ↄſ̃daꝫ
patet ex hoc ꝙ chꝛiſtus ait Jo.xiij. Scitis hec be
ati eritis ſi feceritis ea. Huius rõ eſt ſm̄.b. Tho.
vbi ſupꝛa:qꝛ eoꝛum que nata ſunt hr̃e perfectuꝫ
bonum:aliquid hꝫ ipm̄ ſine motu aliquid ꝑvnũ
motũ:aliquid pluribus motibus. Habere bonũ
perfectũ ſine motu cõuenit ei quod naturaliter
habet illud:hr̃e aũt beatitudinem naturaliter ẽ
ſolius dei. Unuꝫ ſolius dei eſt ꝓpꝛium:ꝙ ad be
atitudinẽ non moueatur p aliquam operatõem
p̃cedentem. Cum ergo beatitudo excedat omnẽ
naturam creatã. Nulla pura creatura ↄuenien
ter cõſeqtur beatitudinẽ abſq; motu operatio
nis per quẽ tendit ad ipſam. Sed angelus qui ẽ
ſuperioꝛ q̃ꝫ homo oꝛdine nature:conſecut⁹ eſt eã
ex oꝛdine diuine ſapientie vno motu operatiõis
meritoꝛie:hoĩes aũt conſequuntur ipſam mult̃
motibus operatõum que merita dicunt̃. Unde
ſm̄ phũm:beatitudo eſt p̃mium virtuoſaꝝ opera
tionum. Preexigit̃ aũt operatio hoĩs ad beatitu
dinem:non ꝑpter inſufficientiam diuine virtut̃
beatificantis:ſed vt ſeruetur oꝛdo in rebus inſti
tutis a deo. Notandum eſt autem ꝙ pꝛimas cre
aturas:dñs ſtatim de imperfectis pꝛoduxit:abſ
q; aliqua diſpoſitione vel operatione creature p̃
cedente:qꝛ ſic inſtituit p̃ma indiuidua ſpecierum
vt per ea natura pꝛopagaret̃ ad poſteros. Et ſilr
qꝛ per chꝛiſtum qui eſt deus ꝛ homo: beatitudo
erat ad alios deriuanda:ſecundum illud ad He
bꝛeos.ij. Qui multos filios adduxerat in gloꝛia
ſtatim a pꝛincipio ſue ↄceptionis ſine aliqua opa
tione meritoꝛia p̃cedente:aĩa eius fuit beata. Sꝫ
hoc eſt ſingulare in Chꝛiſto. Pueris aũt baptiza
tis ſubuenit meritũ Chꝛiſti ad beatitudinem cõ
ſequendã:lꝫ deſint merita ꝓpꝛia:eo ꝙ per baptiſ
mum ſunt membꝛa Chꝛiſti effecti. Quod autem
apl'us dicit ad Roma.xiiij. Beatitudinem homi
nis eſſe cui deus confert iuſticiam ſine operib⁹.
Intelligitur de beatitudĩe ſpei que habetur per
gratiam iuſtificantem:data ſine operibus pꝛece
dentibus. §.VIII.

# Quod iſta perfecta beatitudo

non põt haberi in hac vita ſꝫ hẽtur tñ in alia
ꝛ magis ab vno q̃ꝫ ab alio. Pꝛimum ſic pꝛobat
.b.Tho.pᵃ ſcđe.q.v.triplici ratione. Et pꝛima ẽ
ex ipſa beatitudinis ratione. Nam cum beati
tudo ſit ſufficiens ꝛ perfectum bonuꝫ omne ma
lum excludit. In hac auteꝫ vita non põt excludi
omne malum:multis enim malis p̃ſens vita ſub
iacet que vitari non poſſunt:ꝛ ignoꝛantie ex par
te intellectus:ꝛ inoꝛdinate affectiõis ex parte ap
petitus.ꝛ multiplicis penalitatis ex parte coꝛpo
ris vt diligenter exequitur Aug.xix.de ciui.dei
Ad quod etiam facit illud Job.xiiij. Homo nat⁹
de muliere bꝛeui viuens tp̃e repletur multis mi
ſerijs. Secunda ratio eſt:qꝛ deſiderium boni
hic ſatiari non poteſt. Naturaliter enim homo
deſiderat permanentiam boni quod habet:bõa
aũt pꝛeſentis vite ſunt tranſitoꝛia:cum etiam ip
ſa vita tranſeat:quam naturaliter deſideramus
ꝛ eam perpetuo manere vellemus:qꝛ naturali
ter homo refugit moꝛtem. Tertia ratio eſt. Si
conſideretur id in quo ſpecial'r beatitudo conſi
ſtit.ſ.viſio diuine eẽntie:que non poteſt homini
pꝛouenire in hac vita:qꝛ non poteſt ĩtelligere ni
ſi reflectendo ſe ad fantaſmata:que cum ſint ma
terialia:per ea diuinam eẽntiam que purus ſpi
ritus eſt:videre non poteſt vnde non poteſt quis
in hac vita p̃fecte eſſe beatus. Non obſtat pꝛedi
ctis ꝙ plures poſuerunt beatitudinẽ in hac vita
conſiſtere. Iuxta illud. Beatum dixerunt pp̃lm
cui hec ſunt. Et quod in pluribus dr̃ non põt eſ
ſe falſum totaliter:qꝛ videtur eẽ naturale qđ in
pluribus ẽ. Nam reputant plures ipſi in hac vi
ta eẽ aliquam beatitudinẽ ꝓpter aliquam ſimi
litudinẽ vere beatitudinis. Et ſic non ex toto a
ſua eſtimatione deficiunt. Imperfecta aũt beati
tudo hic põt eẽ in vita tamen virtuoſa. Quan
tum ad ſecundum ſciendum ꝙ vnus alio eſt be
atioꝛ in alia vita:q̃tum ad adeptioneꝫ beatitudi
nis ſeu fruitionem. Pꝛo cuius declaratione dic̃
.b.Tho.vbi ſupꝛa:ꝙ in beatitudine non includi
tur niſi ipſe finis vltimus:qui eſt ſummũ bonuꝫ
quod eſt beatitudinis obiectum ꝛ cã:non põt eẽ
vna beatitudo maioꝛ q̃ꝫ alia:qꝛ non eſt niſi vnũ
ſummum bonum.ſ.deus cui⁹ fruitione oẽs ſũt
beati:ſed quanto ad adeptõem huius vel fruitõ
nem:poteſt vnus alio eẽ beatioꝛ:qꝛ quanto ma
gis homo bono fruitur:tanto beatioꝛ eſt. Contin
git autem aliquẽ magis frui deo q̃ꝫ aliũ:ex eo ꝙ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eſt melius diſpoſitus vel ordinat⁹ ad eius fruitionem pfectius fruiť deo qui clarius videt eum. Sed clarius ꝛ limpidi⁹ videt ꝛ perfectius fruiť qui hñit hic in vita maiorem charitatem. Sic ergo vnitas denarij qui pmiſſus eſt laborantib⁹ ī vinea Math. xx. ſignificat vnitatē beatitudinis ex parte obiecti. Sed multiplicitas manſionum de qua Chriſtus dicit Jo. xiiij. Jn domo pr̄is mei manſiones multe ſunt ſignificat diuerſitatē beatitudinis ſm̄ diuerſum gradum fruitionis Exēpla poſſunt hic induci de eodem cibo: qui delectabilius guſtatur a ſanis ab vno q̄z alio ſm̄ diſpoſitionē guſtus. Et de eadem re q̄ melius intelligitur ab vno q̄z ab alio: ꝛ cum plurib⁹ differentijs ſm̄ meliorem diſpoſitōem oculi. Non obſtat q̄ beatitudo dr̄ ſummū bonum in ſuperlatiuo: qꝛ ītelligiť q̄ eſt ſummi boni adeptio ꝛ fruitio. i. dei quo oēs fruunť. .§. IX.

# Quod beatitudo non

poteſt amitti ſi eſt perfecta vt ſuperne pr̄ie: pꝫ ex eo q̄ Chriſtus ait Math. xxv. Jbunt iuſti in vitā eternā q̄ eſt perfecta beatitudo. Eternū. n. defectu caret. Circa hoc Orige. ſequens errorem quorūdam platonicoꝝ poſuit q̄ poſt beatitudinem hō pōt fieri miſer: ſed hoc eē falſum manifeſte apparet duplici rōne ſm̄. b. Tho. pᵃ. ſcđe. q. v. Et pma ex ipſa communi rōne beatitudinis. Cuꝫ. n. ipſa ſit perfecte bonū ꝛ ſufficiens: oportet q̄ deſiderium hominis qetet ꝛ oē maluꝫ excludat. Naturaliter aūt homo deſiderat retinere quod hēt bonum: ꝛ q̄ retinendo ipm̄ obtineat ſecuritatēꝫ aliogn neceſſe eſt q̄ timore amittendi vel doloř de certitudine amiſſionis affligatur. Requiriť ergo ad perfectā beatitudinem q̄ homo certam opinionē habeat: qꝛ bonum qđ hēt nunq̄ꝫ amittet. Que qdem opinio ſi vera ſit: ꝯñs eſt ipſam beatitudinē nunq̄ꝫ amittere. Si aūt falſa ſit: hoc ipſum eſt quoddā malum falſam opinionē habere Nam falſum ē malū intellectus: ſicut veꝝ ē bonum ipſius. Non erit igř vere beatus ſi aliquod malū ineſt ei. ¶ Scđo idem apparet ſi conſideretur rō beatitudinis in ſpeciali. Dictū eſt. n. ſupra q̄ conſiſtit in viſione diuine eētie. Eſt aūt impoſſibile q̄ aliquis videns diuinā eētiam velit eā non videre: qꝛ oē bonum habitum quo qs carere vult: aut non eſt ſufficiens ꝛ q̄rit aliqd ſufficientius loco eius: aut hēt aliquid īcommodū annexum: propter quod venit ī faſtidium. Viſio autem diuine eētie replet aīam omnibus bōis cum coniungatur fonti totius bonitatis. Similiter non hꝫ aliquod incommodum adiunctum: ꝛ ſic ex propria voluntate beatus non pōt deſerere beatitudinem. Silř non pōt eam perdere deo ſubtrahente: qꝛ cum ſubtractio huius beatitudinis ſit q̄dam pena: non pōt talis pena ſubtractionis infligi a deo iuſto iudice niſi p aliq̄ cłpa. Sꝫ culpa cadere non pōt in euꝫ qui videt dei eſſentiam: cum ad hanc viſionem ſequiť de neceſſitate rectitudo voluntatis. Silř nec aliud agēs pōt eam ſubtrahere: qꝛ aīa deo ꝯiuncta ſup oīa alia eleuatur: ꝛ ſic non pōt aliquo mō amitti perfecta beatitudo: ſꝫ imperfecta q̄ eſt in via pōt perdi: ꝛ per obliuionem ꝛ per occupationes quo ad contemplatiuam: ꝛ per vicia quo ad actiuam vitam .§. X.

# Quod ſeptem genera

bonoꝝ q̄ hic appetuntur: in patria poſſidenť: vñ implетur omne deſiderium hoīs: propter quod merito dr̄ Apoc. xix. Beati q ad cenā agni nuptiarū vocati ſunt: vnđ figuranť per cenā magnā quam fecit Aſſuerus: q interpretatur beatitudo: pncipibus ſuis Heſter. i. Et de hac pōt exponi ēt illud. Hō qdam fecit cenam magnam. Luc. xiiij Et etiam per illas nuptias factas a rege Math. xxij. Omnia parata ſunt venite ad nuptias: hec aūt declarat. b. Tho. li. iij. ꝯtra gentiles ſic. Eſt. n. quoddam deſiderium hoīs inq̄ꝫtum intellectualis eſt de cognitione veritatis: qđ qdem hoīes cōſequuntur per ſtudium contemplatiue vite: ꝛ hꝫ maxime in illa viſione confirmabiť qñ per viſionem pme veritatis: omnia q̄ intellectus naturaliter ſcire deſiderat ei innoteſcit. Juxta illud Hiere. xxxi. Jn die illa non nocebit vnuſquiſq̄ꝫ proximo ſuo ꝛc̄. Grego. iiij. dialo. quid eſt quod neſciant qui ſcientē oīa ſciūt. Et Exodi. xxxiij. dixit dominus Moyſi. Ego oñdam tibi omne bonum q̄ intelligenda ſunt de his q̄ pertinent ad perfectionem intellectualis nature. Unde illa viſione cognoſcent omnes naturas oīum ſpecierum creaturarum ꝛ virtutes ꝛ propria accidentia q̄ pertinent ad perfectionem vniuerſi. Et per cognitōēꝫ naturalium ſperum cognoſcent indiuidua ſub hi⁹ ſpeciebus exiſtentia. Omnia aūt huiuſmodi que cognoſcit per hanc viſionem: ſimul actu cōſiderat ꝛ ſic videt infinita. Tamen ea q̄ deus facere pōt que tamen nunq̄ꝫ fecit nec facturus eſt nō cognoſcent ſancti. Similiter q̄ꝫtum ad rōnes rerum factarum: quas omnes intellectus non poteſt cognoſcere niſi diuinam bonitatem comprehendat. Tertio nec etiaꝫ cognoſcunt ea que ex ſola voluntate dei dependent ſicut pdeſtinatio: electio: iuſtificatio ꝛ huiuſmodi: que pertinent ad ſāctificationem creature hec oīa ſoli intellectui diuino reſeruantur eccł'a. viij. Jntellexi q̄ omniū operum dei non poſſit homo inuenire rōem. Et Job Forte veſtigia dei cōphendens ꝛc̄. ¶ Eſt ſcđo quoddam deſiderium hoīs ſm̄ q̄ hꝫ rōnēꝫ q̄ inferiora diſponere pōt quod qdem adipiſcūť hoīes per ſtudium actiue vite. Qđ deſideriū ad hoc eſt pncipaliter: vt tota vita hoīs ſm̄ rōem diſponatur: quod eſt viuere ſm̄ virtutē. Cuiuſlibꝫ . n. v̄tuoſi finis in operando eſt ppzie virtutꝭ bonum ſicut virtus vt fortiter agat. Hoc autem deſiderium tunc implebitur: qꝛ rō erit in ſummo

vigoꝛe diuino lumine illuſtrata: ne a recto deſtce
re poſſit. Conſequunt̃ aũt ciuilem vitã ẽt q̃daꝫ
bona quibꝰ hõ indiget ad ciuiles opationes: ſic̃
honoꝛis ſublimitas: quẽ hoĩes inoꝛdinate appe
tentes ambitioſi ⁊ ſuperbi fiunt. Ad ſummã aũt
honoꝛis altitudinem hoĩes ꝑ illã dei viſioneꝫ ꝑ
ducunt̃ inq̃ʒtum deo quodammõ vniũtur. Et ꝑp
ter hoc ſicut deus rex ſeculoꝝ dr̃: ita ⁊ beati deo
coniuncti reges dicunt̃ Apoc̃. xxij. Regnabunt
cum chꝛiſto. Et alibi videlꝫ beati dicunt̃. Feciſti
nos deo noſtro regnũ ⁊ ſacerdotes. i. reges. Con
ſequit̃ ciuilem vitã: ⁊ aliud appetibile. ſ. fame ce/
lebꝛitas: per cuiꝰ inoꝛdinatũ appetitum efficiunt̃
hoĩes inanis gloꝛie cupidi. Beati aũt in illa viſio
ne celebꝛes reddunt̃: non ſm̃ hoĩum viatoꝝ mo
dũ ſed beatoꝝ. Et iõ frequentiſſime illa beatitu/
do in ſacra ſcriptura gloꝛia noĩat̃ ſicut in ps̃. dr̃
Exultabunt ſancti in gloꝛia ⁊c̃. Eſt ⁊ aliud i ci
uili vita appetibile. ſ. diuitie: per cuiꝰ inoꝛdinatũ
appetitũ ⁊ amoꝛẽ multi efficiunt̃ illiberales ⁊ iñt
ſti. In illa aũt beatitudine eſt oĩum bonoꝛũ ſuffi
cientia inq̃ʒtum beati fruunt̃ illo q compꝛ̃hẽdit oĩ
um bonoꝝ pfectõem ꝑpter qõ dr̃ Sap. vij. Ue/
nerunt mihi oĩa bona pariter cum illa. Et in ps.
Glĩa ⁊ diuitie i domo eiꝰ ⁊c̃. Eſt aliud hoĩs deſi
deriũ: qõ eſt ſibi ⁊ alijs aĩabus cõe: vt. ſ. delectati
onibus perfruat̃: qõ hoĩes maxime conſequun
tur ſm̃ vitam voluptuoſam ⁊ ꝑ cuiꝰ ĩmoderanti
am hoĩes efficiunt̃ intẽperati ⁊ icõtinentes. In il
la vero felicitate: delectatio pfectiſſima tãto erit
perfectioꝛ ea q̃ eſt ſm̃ ſenſum qua ẽt bꝛuta aĩalia
perferunt̃: q̃ʒto intellectus ẽ altioꝛ ſenſu: tanto ẽt
illud bonum in quo delectabimur maius eſt oĩ
ſenſibili bono: ⁊ magis intimũ ⁊ magis continue
delectans: q̃ʒto ẽt illa delectatio ẽ magis pura ab
oĩ permixtione ꝯtriſtantis de q̃ dr̃ in ps. Inebꝛi
abunt̃ ab vbertate domus tue ⁊c̃. Eſt ⁊ naturale
deſiderium oĩbus rebꝰ cõe: per qõ conſeruatio/
nem ſui deſiderant ſm̃ ꝙ eſt poſſibile per cuiꝰ im
moderãtiã hoĩes reddũt̃ timidi ⁊ nimis ſibi a la
boꝛibꝰ pcentes. Qõ deſideriuꝫ tunc oĩo cõplebi
tur: qñ beati perfectam ſempiternitatẽ cõſequẽ/
tur ab oĩ nocumento ſecuri ſm̃ illud Iſa. xlix. et
Apoc̃. xxi. Non eſurient amplius neq̃ʒ ſitiẽt ⁊c̃.
Et ſic pꝫ per diuinam viſionẽ ꝙ conſequuntur
itellectuales ſubſtantie veram felicitatẽ: in quo
oĩno deſideriũ quietatur: ⁊ in quo eſt plena ſuf/
cientia oĩum bonoꝝ q̃ ſm̃ Ariſt. ad felicitatem re
quiritur. In hac vero vita nil ẽ adeo ſilẽ felici/
tati ſupne: ſicut contẽplatio veritatis ꝑut hoc eſt
impoſſibile. Hinc ⁊ Aug. in vlti. de ciuita. dei ait.
Quanta ibi felicitas vbi nullũ malum aderit nl̃
lum bonũ latebit: erit deꝰ oĩa in oĩbꝰ. Et infra: qd
eſt. n. ꝙ dñs per ꝓphetam ait. Ero illoꝝ deꝰ in ꝑ
petuum: niſi ero eis vnde ſacientur. Ero eis qc
quid honeſte ab hoĩbus ꝯſiderari põt. Ero illis
ſalꝰ: et vita: gloꝛia: ⁊ honoꝛ: victoꝛia ⁊ copia: pax:
⁊ omne bonũ. Et in fine. Uacabimꝰ ⁊ videbimꝰ:
videbimus ⁊ amabimus: amabimus ⁊ laudabi
mus. Iuxta illud ps̃. Beati qui habitãt in domo
tua dñe in ſecula ſeculoꝝ laudabunt te.

## Titulus octauus de fide. Fides ſumit̃ octo modis. Caplm̃ primuꝫ.

# D Emum de fide

agendum de qua apls ad Hebꝛ.
xi. Sine fide impoſſibile ẽ pla
cere deo. Sed ſciendũ ꝙ fides
ſumitur multiplr̃. Pꝛimo qdeꝫ
1 ꝓ conſcĩa iuxta illud ad Ro. xiiij. Omne qõ nõ
eſt ex fide peccatũ eſt. Qõ ṽbum tractans Grati.
xxviij. q. i. oẽs. §. ex his itaq̃ʒ exponit. i. oẽ quod
eſt contra conſciam peccatũ ẽ. Et ſic ẽt ſumitur i
regula iuris: poſſeſſoꝛ male fidei nullo tpe p̄ſcri
2 bit: de reg. iu. li. vi. Secũdo ſumit̃ fides pro ca/
ſtitate ſeruãda thoꝛi ꝯiugalis. vnde Aug. xxvij.
q. ij. ait. Omne bonum nuptiaruꝫ fuit in illis pa
rentibus chꝛiſti. ſ. pꝛoles: fides: ⁊ ſacrũm. Fides
3 q: nullum adulteriũ ⁊c̃. Tertio ſumitur pro pac
tione ſeu ꝓmiſſione: ſm̃ ꝙ dicit Aug. ꝙ fides qñ
hoſti pꝛomittit̃ ſeruanda eſt. xxiij. q. i. noli. Quod
eſt veꝝ ſi pꝛomiſſio eſt licita. Nam vt dicit Iſid.
In malis pꝛomiſſis reſcinde fideꝫ: ⁊ in turpi vo
to muta decretũ ⁊ iteꝝ. Si is cui facta eſt ꝓmiſ/
ſio: ⁊ ipſe ſeruet fidem pꝛomiſſam. Nam dicit
regula iuris. Fruſtra ſibi petit fidem ſeruari ⁊c̃.
4 de reg. iu. li. vi. Quarto ſumitur fides ꝓ fidelita
te. i. debita adimpletione ⁊ diligenti execu tione
ſuper ꝓmiſſione facta tacita vel expſſa. Et ſic po
nitur ab aplo fides. i. fidelitas inter fructus ſpũs
ad Gal. v. ſm̃ vnam expoſitionem. b. Tho. Et re
ducitur fidelitas ad virtutẽ veritatis moꝛalem:
⁊ ab ea denoĩat̃ ſeruus: vel diſpenſatoꝛ fidel: ſm̃
euangelium ⁊ aplm̃. Et ad hanc virtutem perti/
5 nent ſcda ⁊ 3a acceptio. Quinto ſumit̃ fides ꝓ eq
tate in actõibꝰ ꝯſiderata inſti. de act. §. actionum.
alie ſunt bone fidei: alie ſtricti iuris: ⁊ ſm̃ hoc dic̃
lex: ꝙ vbi bona fide agitur non ẽ de apicibus le
gis diſputandũ: ⁊ ſm̃ hoc ẽt intelligi põt illa rl̃a
bona fides non patit̃ vt ſemel exactum iteꝝ exi/
6 gatur de reg. iu. li. vi. Sexto ſumit̃ fides ꝓ vna
ex gratijs gratis datis: q̃s ponit apls. i. ad Co. xij.
cõibꝰ bonis ⁊ malis. vbi dr̃. Alij datur fides i eo
dem ſpũ. Sumitur enim ibi fides pro q̃daꝫ emi
7 nenti certitudine eoꝝ que ſunt fidei. Septimo ſu
mit̃ fides cõiter pro quodam habitu quo quis
firmiter aſſentit ſine foꝛmidine de oppoſito: his
q̃ clare non videt: queciiq̃ʒ ſint illa: puta cum qs
firmiter credit talem eẽ patrem vel matrem ſuã
ṽel verbis alicuiꝰ ſapientis. Et ſic Grego. in iiij.
dialogo. dicit ꝙ infidelis habet fidem. ſ. de parẽ
tibus ſuis ⁊ hiꝰ: ſed hoc de ſe non eſt meritoꝛiuꝫ
8 ſm̃ b. Tho. pa. 2e. Octauo ſumitur fides pro vir
tute theologica: de q̃ dr̃. i. ad Co. xiij. Nũc manent

1 p conscia [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
Fides sumitur multipliciter
4 p fidelitate [illegible]
5 p equitate [illegible]
6 p gratia gratis data [illegible]
7 p assensu [illegible]
8 p virtute theologica [illegible]
De qua est tractandum [illegible]
Causa
Effectu
Subiecto
Actu
Obiecto